

Fluctibus ergo maris sanguis concretus amaris
 Ex se lascivam fecit consistere divam.
 Post hec uxorem Iovis accipiendo sororem,
 Ipsorum coitu *tunc* Vulcanus generatur. 90
 Claudus, deformis faber Iovis esse creatur. *p. 114a*
 Ex summo capitis fertur generasse Minervam
 Castam, prudentem, telis pharetraque protervam.
 Res nova: de patre prodit proles sine matre.
 Mox varia prole vario succrevit amore, 95
 Replens utrumque divis terramque polumque;
 Quorum si recitem seriem, loca, nomina, numen,
 Arbitror in grande consurget carta volumen.“

Hec deus Archadie, sed quid Phebi lyra vatis
 Sentiat, inde velim, quo paucis percipiatis: 100

<Phebus>:

„Saturnus rex Cretenses instruxit arando,
 Ut terram colerent, dictus sic a saturando.
 Illius ast uxor Ops dicitur esse vocata,
 Quod conferret opem, sed et hec ob idem venerata.
 Dicitur esse senex et habere caput coopertum. 105
 Falcem ferre: quid hoc, non omnibus exstat apertum.
 Temporis esse typum prudentes hec voluere,
 Quod Cronie mete caput et finis latuere,

87 maris] *Durch Unterstreichung getilgt, darüber jedoch erneut: maris.* 89 Iovis] *In der Hs. korrigiert aus evus.* 90 tunc] *cum Hs. (cu mit Kürzungsstrich).* 92–94] *Vgl. Fulgentius, Mitol. II, c. 68 (De Minerua).* 101–115] *Vgl. Fulgentius, Mitol. I, c. 33f.: Saturnus Polluris filius dicitur, Opis maritus, senior, uelato capite, falcem ferens; cuius uirilia abscisa et in mare proiecta Uenerem genuerunt. ... Saturnus primus in Italia regnum obtinuit; ... a saturando Saturnus dictus est. Ops quoque eius uxor eo quod opem esurientibus ferret edicta est. ... Uelato vero capite ideo fingitur, quod omnes fructus foliorum obnupti tegantur umbraculo.* 103 ast] *In der Hs. korrigiert aus est.* 106] *Vgl. Gesta Frederici IV, c. 14 [epit. I], v. 1: Libram Phebus subiit cum falcitenente.* 108 Quod Cronie] *Cronie quod Hs.*